Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31300
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



74

voluptatem et turpem confer utrumque dissimilem materiam confer naturas confer premia Et in omni tentatione maxime vero cum ad libidinem sollicitaris proponito tibi ante oculos tuos Angelum tui custodem omnium que vel facis vel cogitas assiduum spectatorem ac testem Deum inspectorem cuius oculis omnia patent qui sedet super celos et intuetur abyssos Et tum adeo fedari ut hominum cione teste facere prudeat non verebaris coram angelo tibi proximus deo totoque celitum choro spectante et exercente facere puta autem id quod vis e Et si tibi oculi esset plus quam lynceis plus quam aquilinis tamen istis nō clarissimis luce certius conspexeris quod coram te facit homo quam omnes animi tui latebre perspicue sunt Dei et Angelorum conspectibus Quum et illud tuo tum animo reputa cum libidini cedis alterum e duobus futurum aut uti semel gustata voluptas sic mentem tuam excantet obsaepe etque Vt de turpedine eat in turpidinem donec execratus venias in sensum reprobum Et obstinatus in malo Ne tu quidem queas voluptatem turpem relinquere cui illa te deseruit Id quod plerisque videmus euenire Vt effeto corpore extincta forma frigente sanguine deficientibus viribus caligantibus oculis tamen adhuc pruriant sine fine et scelera

Angelum tui custodem verearis et deum ipsum

Obstinatio procaue mentis ex libidine